

probè noverat; sciebatque, quanta facilitate ad Ecclesiam accessuri essent, ubi primum, sancita Divina Gratiæ efficacia, Molinae novitates omnipotè prosciri, cognovissent. Si quis enim illos scrupulus adhuc male habet, ne nobis ex integro societur, is certe vel unus est, quod Gratiani ex se efficacem, non uti fide certam, sed opinione liberam, a nobis admitti, videamus, falsoque etiam sibi fingant, pluris in Ecclesiæ fieri Molinae inventa, quam Schola Thomistica dogmata. Sic furos ipfmet fenus explicant. Sic Buxtorfius in sua cum Domino de Sancto Amore Collatione, quam is tercia Diarii sui parte refert, cap. 7. (1) Si doctrina de Gratia foret solida stabilitas, & generatim cognita per omnes fideles, illa foret sola sufficientia ad reuidentes omnes animos; quia, si uniusquisque de ea esset persuasus, tous mundus contribueret ad reducendos fratres suos cum charitate, & simplicitate ad centrum fidei, & Ecclesiæ, cunctaque omne tempus insumerent, suaque eo sacrificarent.

Sic Leidekerius post relata Buxtorfii verba in Thesi 9. de Jansenianismo: Certe hac dixit sapientissimo Buxtorfius: & quam vellum ut viri doctissimi verba Jansenistis pungenter, prout SANCTAMOREI animum confessurunt! Id verum est, subiungit vir suis prejudicis occupatus, omnes in Papatu errores ex negata, vel non satis agnita Christi Gratia originem daxisse, nec dari ullum inter nos, & Romanens fere diffidimus, quod non tolli posset, si fidates de vtrice Gratia triumpbet.

Sic idem ipse Thesi prima de Jansenianismo, postquam falso commentus est, Jansenium solis Jesuitarum artibus proscriptorum esse, ut Molinismus restoreretur, statim subiungit: Non quidem nos agre ferimus has Jesuitarum aries; qui vellamus, Romanam Curiam ipsorum consilii assentiri, quo patet erer amplius, infamabile esse Babelem, iure famam a nobis ex ea factiorem, Pelagianismum esse Papatus fidem, nec posse coli cum Itala Sede communionem ab illis, qui quodammodo gratia gulfum haberentur.

Sic demum M. Jurieu in libro, quem inscripsit: (2) Antidotum adversus Religionis mutationem, hanc sacrilegę separationis rationem obtinet, cap. 7. (3) Quod nempē Scōi, Molina, ac Molinistarum schola, Thomae, recentiorum Thomistiarum scolaram, existimatione Romanorum, plurimum vincit, vice ritque semper, post Concilii Tridentini celebrationem. Tum in altero, jam a me appellato, cui titulus: (4) Iudicium de severioribus, ac laxioribus methodis, sectione 18. occasione doctrina Moliniana, quam in Ecclesiæ Romana permisam obseruat, ait: (5) Non id dieo, quasi Pelagianismum in Ecclesiæ Protestantibus permitti velim, quem in Ecclesiæ Romana permisum observo: absit. Verum, &c.

Quæcum ita sint, tantum abest, ut Perroni dicto Clementem VIII. a damnando Molinismo territum putem, ut potius illum hac maxime ratione ad sententiam maturandam adductum existimaverim. Tantus erat in optimo Pontifice recon-

CA-

(1) Ex versione Ledekersi. (2) Si cette maxime, la Grace efficace par elle même, étais solidement rétablie, & généralement reconnue par tous les fidèles, elle seroit seule capable de réunir tous les esprits; parce que si chacun en étoit persuadé, tout le monde contribueroit à rappeler ses frères avec charité, & simplicité au centre de la Foi, & de l'Eglise; qu'o employeroit tout son tems à cela, & qu'o y sacrifieroit tous les intérêts.

(3) Parce que l'Ecole de Scot, de Molina, & des Molinistes l'importe encore de beaucoup, & l'a toujours emporté, depuis le Concile de Trente, sur l'Ecole de Thomas, & des nouveaux Thomistes.

(4) Jugement sur les méthodes rigides, & relâchées.

(5) Ce n'est pas, que je demandasse dans nos Eglises Protestantes la tolérance pour le Pelagianisme, comme on la donne dans l'Eglise Romaine; à Dieu ne plaise: Mais, &c.

(6) Vous êtes plus accoutumé à faire des livres, que moi: ainsi vous suppliez de garder pour le travail, que vous me proposez, d'écrire contre les Calvinistes. Ce, que je puis vous offrir, est de vous donner quelques-uns bons avis, si vous entreprenez ce dessin: comme par exemple, de ne faire jamais passer les sentiments particuliers de Molina pour l'opinion de l'Eglise, ent décrivant contre les herétiques. Lettre, ou Réponse IX. p. 162.

CAPUT XLVII.

Bafida commentum, a Germano Becherio, Societatis Theologo, nuper Parisis instauratum, de peccatis obduratorum non imputandis, cunctissime confutatur. Peccati Philosophici nuperine recusus error explodiuit, 1. Ex hoc effato: Ut peccatum imputetur, nullam supernaturalem mentis illustrationem, aut excitationem voluntatis esse necessariam.

UT hanc Libro tertio mantissam addamus, facit nova Lutetiae ab Societatis Professore tentata periclitatio, ut Peccati Philosophici error, nova larva obductum, instauraret: Nihil quippe hoc de argumento in priori Editione nobis excederat.

Diuit est, cum Moliniana doctrinae cardinem in Peccati Philosophici errore, tanquam principio, potissimum veri, putant Theologi bene multi, colliguntque argumento, non longius arcessito, sed e re nato, ac sponte fluente. Cum enim gratiam sufficientem actualē, in mentis illustratione, voluntatique excitatione possum, idecirco maxime universis hominibus indiscriminatio prasto esse, doceant, quod alias admissa delicta vitio nobis minime verterentur; id certe principii loco ponunt, eum peccati culpa minime teneri, Deumque re ipsa nequam offendere, qui, nulla fibi gratia afflugeat, & adspirante, de Deo actu, cuiusve non cogitaret.

Bafidam eo freatis principio in Congregatione 45. coram Clemente VIII. obiter observavimus Libro 3. cap. 32. dum, Lemofio acriter contendente, non omnibus gratia sufficientem auxilium prasto esse, illico subiuntur: Si omnibus non datur auxilium sufficiens: ergo, quando bono peccat, non potest illi inspirari ad culpam: quem idcirco Pelagianis erroris postulavit Dominicanus Interlocutor. Hec illatio, inquiens, est Pelagiana: quo dicto, soluta Congregatio est.

Eodem deinceps arasse vitulo liberales gratiarum sufficientium largitores, adeo palam est, ut solem lucere meridi, probandum aggredi, si id, congettis illorum testimonis, adfruire velim. Notare hic fatis fuerit, quam nuper Parisis explicuit scenam Germanus Becherius, Societatis Professor Theologus, ut hoc Schola sua placitum novam in lucem ederet. Theologicas ille Theses habuit die 14. Decembris 1699. in quarum 8.

Positione, ad calcem primæ columnæ, hac legebantur: „Unum peccatum saxe est pona alterius peccati; quatenus nempe obsecratione punitur, & obduratione, cum Deus, prius defertus, peccatorem deferit. Tres sunt defertionis gradus: primus gratiam uberiori; secundus minorem aliam; tertius vero omnem omnino excludit. Peccata gravia primo, & secundo defertionis gradu in hac vita puniuntur: nulla autem puniri defertione summa, ita ut Deus opem gratiae omnem peccatori subtrahat, magis videtur Augustini opinioni congrue, & aperte docet Auctor libri De vocatione Gentium. Eorum, qui ajunt, peccatores non nulli, los ita deferi a Deo, ut ab interiori illius lucce penitus secludantur, & priventur omni motu, non una est opinio. Alli enim errant, dum afferunt, peccator plane obsecrato, & indurato peccata nihilominus imputari: ali tolerebilius sentiunt, dum negant.

Verum cum gravis ex ea positione nata offensio esset, eamque Doctores Sorbonici bene multo confundant, sententiam videlicet rogati ab Illustrissimo Parisiensium Archiepiscopo,

Ludovico Antonio de Noailles, quem pia memoria Innocentius Papa XII. ob præclara merita Cardinalitia purpura postea donavit; ut oborte offensioni satisfaceret Becherius, immensisque iudicio declinaret, sequentem Declarationem Eminentissimo Praefuli dedit, die 3. Aprilis 1700. Rectore Collegii offrente, Novitatus quoque Reptore præsente, in obsequiū, atque officiū fidem.

„DELATIS ad Illustrissimum, ac Reverendissimum Ecclesiæ Principem, Archiepiscopum Parisensem, qui quarelis super quadam positione mea de excoecatorum, & obduratorum peccatis, ex Theſſi, quam die 14. Decembris anni 1699. proponnavi: hanc mentis meæ explicationem eidem Illustrissimo Praefuli, summa, qua par est, animi submissione obtuli, paratus deinceps, quoties occasio tulerit, quam maxima potero obsequii mei argumenta, pari cum fiducia, reverentiæ exhibere; ut intelligent omnes, quantum tribuan judicio, atque auctoritatipienitissimi Antifitisi, quem fummo Ecclesiæ bono inter sacra doctrina cutodes, atque interpretes Divina dispositio constituit.

„Primum itaque profiter, nunquam in ea me tentata fuisse, ut crederem, eos, qui votantur obsecrati, & indurati, non peccare amplius, vel sua illis peccata minime imputari a Deo; immo me semper tenuisse, & nunc etiam tenere, ex Scriptura, & Patribus certo confitare, quod peccent, & quod peccata illis imputentur. Simul agnosco, positionem meam ita generalibus verbis conceptam fuisse, ut justam hujus explicationis postulanda causam præbuerit.

„Profitor infiper, quantuvvis mihi persuasum sit, obdurator nequam omnī carere interiori gratia, quæ ad implenda præcepta sufficit, haud propterea voluisse, me illa censura notare illos, qui nec pauci sunt, nec infiniti nominis, Theologos & Catholicos, quos contraria in opinione, aquæ in Ecclesiæ permissa, versari, certum est: neque, cum in prædicta positione dixi, errare illos, siuid a me intellectum esse, quam quod fallantur.

„Cujus sententia meæ, pariter & singulariter aduersus Illustrissimum, ac Reverendissimum Ecclesiæ Principem observantæ, ac submissionis, ipso benigne annuente, perpetuum hoc extare monumentum volui, manu mea subscriptum. Parisii die 3. Aprilis, anno 1700. GERMANUS BECHIER.

Quifquis hanc Becherii Declarationem cum defensata positione contulerit, facile colligit, cum quidem professum ultra, obsecratorum, atque induratorum peccata iisdem re ipsa criminis verti, quod illos nulquam omni interiori gratia defituit poterit; eodem tamen culpa vacuatos innuisse, si interioribus auxiliis privarentur. Quare nec Theses assertiones revocavit; sed quod absoleto ab eo dictum putabatur de peccatis obduratorum non imputandis, (unde maxime suborta offensio fuerat) id a fe, vel incommunione ex aliorum Theologorum sententia derivatum, haberit volut.

Nostrarum itaque partium esse, duximus, consecutari istud, jam pridem a Bafida deducum, ad crism exigere; pauloque distinctius explorare, an ii Theologi re ipsa fallantur, qui, cum induratos & obsecratos omni ad certum vitæ tempus interiori auxilio defitutos existimant, iisdem peccata virtu dari, nihilominus affuerint? Annon potius ii Philosophici Peccati proscriptum errorem oblique recudant, qui delictis imputandis necessariam gratiam arbitrantur, illosque peccatis absolvunt, qui internis auxiliis justo Dei iudicio privarentur.

Ac primo quidem ingentis temeritatis, & audaciz

dacia esset, eam celebriorum Theologorum sententiam proscripti. Pontificibus erroris insimulare, que homines inducuntur, & obsecratores auxiliis interdum sufficientibus ad certum vita tempus destitutos, ait, in obdurationis, & cœcitatris ponam. Gratias Becheferio plurimas, quod id dum sua illa Declaratione professus est! Cum enim Jansenius uno, eodemque contextu duo hæc promiscue posuerit, Gratiæ possibilis, quam sufficientem recentior schola vocat, iustis interdum deesse, & obsecratis nonnullaque Dei praecipita utriusque secundum præsentes, quas habent, vires impossibili contingere; complexam periodum securerunt Delatores: partem alteram, quæ obsecratos, gratia possibilis interdum destitutos, ac voluntaria illa implendorum quorundam mandatorum impotentia laborantes statuerat, intactam reliquerunt alteram, quæ iustos eadem forte implicabat, facio Anathemata feriendum obtulerat. Ita quippe Jansenius scriperat lib. 3. de Gratia Salvatoris, capite 13. unde primam illam Propositionem excerptam voluere Delatores: Hoc igitur omnia plenissimum, planissime demonstrant, nihil esse in S. Augustini doctrina certus, atque fundatus, quam esse præcepta quedam, que hominibus non tantum infidelibus, exsecatis, obduratis, sed fidelibus quoque, & iustis, valentibus, conantibus, secundum præsentes, quas habent, vires sunt impossibilia; deesse quoque Gratiam, que possibilis fiant. Ita vero proscribendam Sedis Apostolicae judicio Propositionem, qua inter quinque famosas ordine prima est, expreserunt: *Aliqua Dei præcepta hominibus iustis, valentibus, & conantibus, secundum præsentes, quas habent, vires sunt impossibilia; deesse quoque ista Gratia, que possibilis fiant.* Quorum autem tam diligens illa, tam cauta, tam studiosa implexa periodi Janseniana partitio; nisi quod sententiam, altera parte expressum, ab omni errore remotissimam centent, & ab omni Ecclesiæ censura liberarentur? Id nonnullos recentiores meminisse, velim, ne ultra, quam debet, immo & ultra, quam ipsimet Jansenii Delatores voluerint, censoriam virgam extendant.

Jam quibus Doctribus, ac Magistris ea se circumcipiat Theologorum affectio, qui obsecratos, & inducuntur ad certum vita tempus internis excitationibus, alijs possibilis auxilis, iusto Dei iudicio, interdum exutos existimant, novit ultra Gabriel Vafques, largus illa Gratiarum sufficientium distributor, dum sese ab Augustino, Professo, ac Fulgentio, summis Divina Gratia Magistris, segregem factus est disp. 97. in 1. Parten D. Thomæ, cap. 3. Cum enim adversus liberalem illam, & prodigam gratiarum sufficientium distributionem, pro qua totis lacertis depugnat, non pauca Divi Augustini, Prosperi, ac Eugenii testimonia congeluerit, hoc uno te responso exsolvit: *Fateor sane, suspicere mihi esse testimonia Properi, & Fulgentii, quod diligenterissimi, & exactissimi Augustini discipuli sint, & oppositam videtur sequi sententiam, ut ex testimoniis, superiori capite in prima classe relatis, liquet.* Loci ergo, nunc a nobis allegatis, forsitan exteriorum signorum, & beneficiorum medicinas etiam extiores peccati conceperunt; in aliis vero auxilium interioris inspirationis, de quo nunc est controversia, negarunt. Verum enim vero, cura de Dei misericordia multa, magnaque iure presumere debemus, tamquam egregia, & preclaræ Scriptura predictæ, atque ex sola Dei voluntate pendeat, tale auxilium aliqui denegare; nisi nobis de hac voluntate manifeste constet, id nullo modo affirmare debemus. Ea vero voluntas non diuidi, quan Scriptura, aut revelationes, seu traditiones posse innovere. Cum ergo nullo ex his modis Dei propositum nobis notum sit; temere affirmabimus, il-

lud auxilium aliquibus denegari, atque ab Augustino, & alii, qui id docuerunt, petere possumus, Unde nam hujus voluntatis Dei certiores fuerint effecti? Ita Vafques, a quo potiori iure petere licet. Undenam voluntatis Dei, interna inspirationes omnibus promiscue largientis, certior sit effectus? an felicis Augustino Scripturas, ac traditiones internoverit, altiorique superna lucis revelatione perfusus secretiora arcana pervident? Miser admodum, inquietus quandam alias Bernardus Claravallensis Epist. 77. ad Hugonem, & novus iste novarum invenitor assertorum, & assertor inventionum, inventore potuerit in hoc rationem, que sanctum Patrem latuerit Augustinum.

Neque vero Vafquem Censuræ, in Augustinum, ejusque discipulos late, penitus unquam; quin eam potius instauravit in suis ad Primam Secundæ D. Thomæ Commentarii, disp. 193. cap. 4. ubi postquam sanctissimi Doctoris mentionem ita paucis exposuit: *Exilmatus Augustinus, bonitas in hac vita propter ingentia peccata, in que fuerint prolapsi, aliquando sufficiente etiam auxilio ita destrui, ut deinceps non possint non peccare;* quod ex libro De Correptione, & Gratia probare fatigat; ita demum in clarissimum Divinæ Gratiae Vindicem censoriam virginem exercet: *Mibi in hac parte non probatur doctrina B. Augustini, ut dixi 1. Parte, in illa disputatione 97. cap. 3. sed exstimo, alter esse philosphandus de donis, que in primo Parente perdidimus.*

Aliter, ut libet, philosophetur Vafques; philophophetus & ali pro arbitrio Molinianæ scholæ Professores; contempro Augstinum, carterique summis Divina Gratia Magistris, gratias sufficietes larga manu infidelibus universis, peccatoribus inducunt, & obsecratos elargiantur: non est hujus loci, & otii ejusmodi philosophemata ad examen vocare. Verum, quod in ea gratio prodigientia adtrauenda, illis hodie principis iniuntur; que oblique Peccati Philosophici errorem infraueniunt, potissimumque Moralis Christianæ fundamenta talibant, nemo, ferro liceat stomatico, concoquer. Dicant, si luet, nulquam a Deo ita deferi scelerissimos homines, qui diuturno peccandi usi penitus obdurantur, ut sua illis auxilia certo vita tempore subtrahat; quod ita nempe Deo placet misericordia thesauros ostentare; quod nusquam miserando delasperat; quod iustitie vindictis partes omnes in alterum avum mittat; quod ire vasa indecessa patientia sustinet; nullam eis erroris notam invenimus, tametsi illos ea parte ab Augustino rogo ostio aberrare, contendamus. Verum, quod eo fiducia tandem veniant, ut peccatoribus inducunt, & obsecratos nusquam actuales gratias sufficietes subtrahi, sed illis indolenter excitari, moverique, velint; quod alias eorum peccatorum culpa vacarent, que in ipso obdurationis, ac cœcitatris statu continuo perpetrant; nemo non succedebit, nemo non indignabitur vehementius.

Eccur enim, amabo, sufficientibus auxiliis destruti culpa vacarent, dum in eo miserando obdurationis statu in omnia sceleris precipites ruunt? Nunquid enim sua etiam tunc libertate non potiuntur? An voluntatem ad opposita potenter non gerunt? An non norunt, vident, eligunt pro arbitrio? Sublati enim auxiliis, non sublata libertas est; sed sufficiencia liberat: & si qua denum incumbit peccandi necessitas, non illa absoluta est, & a voluntate sceleris, qualis est necessitas moriendo in homine mortali, que necessita manet, etiam si eam velis excutere; sed est necessitas, ex pertinaci sui, & creaturorum auctoritate processens, adeoque voluntaria, ut que a iuncto non provenit, quam ex corrupta, & depravata

ta voluntate; immo nihil aliud est, quam corrupta, & depravata voluntas, seu constans peccandi libido. Nam, ut scribit S. Bernardus Sermoni 81. in Cantica: *Nescio, quo prævo, & miro modo ipsa voluntas peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit, ut nec necessitas, cum voluntaria sit, excusat voluntatem; nec voluntas, cum sit illoch, excludere necessitatem.* Hanc necessitatem, que procul ab ea necessitatem naturalis inclinationis, necessitatem infallibilitatis appellare, amabunt Scholastici, qua quidem obdurati, & exsecrati, etiam actuali auxilio destruti, nunquam ad certum peccatum adhucunt, liceat fieri non possit, ut diu se ab omni contineant, & non in aliquod propriæ voluntatis impetu aediti, precipites ferantur, juxta vulgatum illud Innocencii PP. I. oraculum: *Necessus est, ut, quo auxiliante, vincimus, eo iterum non adjuvante, vincamur.* (1)

Certe, si bonis omnibus stomacho fuit lex illa, a Molina iratis Superis excogitata, qua Deus illis omnibus gratiam suam certissime collaturus singitur, qui pro naturalium virium facultate adhuc fuerint, ut nova ope muniti fructus aeterna vita dignos edant; quidni potius movebit stomachum procusum alterum paradoxum, quo statutur, illis omnibus actuali gratiam adfuturam, qui obfirmata mente peccare voluerint, ut ea luce perfusi, aeterna damnatione digni censi possint? Quasi jam gratia non implenda duntaxat legi necessaria censeatur; sed & perpetrandi peccato, & aeterna damnatione accerenda.

Satis sit, duo Christianæ Moralis capita pone re, unde hujusparadoxi vanitatem, & derivati ex Augustini sententia conjectari inepiam facile colligas.

Primum istud est: *Peccari re ipsa potest, peccatumque ad peccatum aeternam imputari, tametsi nulla menti illustratione in anteceßum afflugeat, nul laque superba excitatione pulserit humana voluntas.* Quare, cum Gratiam sufficientem, in mentis illustratione, ac voluntatis excitatione positam, dicant illi ipsi, quibuscum re nobis est; refat, ut induratos, & obsecratos ne culpa quidem vacuatos, fateantur, tametsi sufficientia illis auxilia praefito non esset.

Secundum hæc nuperrime pronunciavit Illustrissimus Rothomagensis Archiepiscopus, dum P. Bufferum Jesuitam, a quo idem ille Peccati Philosophici insanus error, sparso per Normanniam libello, recusus fuerat, solemani Decretum damnavit; iustifice, ut scripto publico hinc duabus Propositionibus inter multas alias subscrivebat, in subsequentis, ac penitentis animi fidem: 1. *Quod spectat ad Peccatum philosphicum, damnatio, quod Summus Pontifex Alexander VIII. Decreto suo damnavit 24. Augusti 1690.* Ipse autem privatim agnoscit (ut & Jesuita jam publice agnoverant in sententia sua, publico scripto edita, super Peccato Philosphico) non esse necessarium, actu attendere animum ad malitiam actionis, ut peccato imputetur. 2. *Obsecrati, & indurati peccatores, qui cades, adulteria, & alia scelera, sine ullo conscientia simulo perpetrant, ne minime quidem cogitantes, hujusmodi sceleribus offendit a se Deum, aut haec contraria esse legi naturali, nihilominus merentur penas inferorum:* nec quod actu non attendant ad malitiam actionis, ideo peccati mortalis rei non sunt. Quia de re legenda venit Eruditissimi, Sapientissimique Archipræfatus Epistola Pastoralis, data die 28. Martii 1697. super libello, per ejus Diptecnum vulgato; ubi hoc ipsum Moralis Christianæ caput, pro exculta eruditione, ac singulari sanæ doctrina studio interpretatur, gravissimisque momentis exequitur.

In hoc idem conspirat Cleri Gallicani Censura novissima, adversus 127. Propositiones lata, die 4. Septembris 1700. quas inter hanc numero 112. legere est: *Si Peccatores consummate malitia, cum blasphemant, & flagitii se immergunt, non habent conscientia simulo, nec mali, quod agunt, notitiam, cum omnibus Theologi propugno, eos bifrons actionibus non peccare.* (2) Cui quidem assertioni notam Serry Tom. I.

(1) Innocentius I. in Epistola ad Carthaginens Concilium, & Celestinus I. in Capitulo de Gratia.

(2) Hac propositione exceptio est ex Apologia Casuistarum Patriis Prior Jesuita pag. 38.

hanc sacer Confessus afficuit: *Hec propositio falsa est, temeraria, perniciosa, bonus mores corrumpti, blasphemias aliquas peccata excusat;* & ut talis a Cleo Galliano jam damnata est: in Comitiis scilicet generalibus anno 1641. die 12. Aprilis.

Sed neque iis Ecclesiæ judicis opus erat, ut suam ipsi cæpitatem agnoscerent, quam tot saecarum Scripturarum oculis occupatum, novis sentient facile, si vel obiter animos intendissent. Quorundam enim præviam illam suam mentis illustrationem, voluntatisque excitationem, necessariam autem, ut quis admissi delicti reus habri possit? Nempe, inquit, ut actionis pravitatem norit, reputet, atque perpendat; sic enim fieri, ajunt, ut qui, ea præmissa mentis attentione, præceptum translati, cupiditati sua parent, Deum perversa, liberaque voluntate offendisse, censeantur. At si sic est, impii Satellites, ac Ju-dæi, qui Christum Crucis suffixerunt, peccati rei censendi non erant: tantum enim absit, ut admissi sceleris, ac Deicidii gravitatem attenderint, ut contra potius justitiam se adimplere, arbitrarentur, Christumque, uti seductorem, haberent: quippe qui si cognovissent, nunguam Dominum glorie crucifixissent. 1. Corint. 2. Pari jure Saulus culpa vacuisse censendus erit, dum spirans minarum, & cædis in Ecclesiæ fureret: utpote qui actionis pravitatem non modo non noverat, sed contra potius se laude dignum arbitrabatur, quod supra coetaneos avitas Traditiones emulareret. Audistis, inquit, conversationem meam aliquando in Judaismo, quoniam supra modum persequebam Edeßam Dei, & expugnabam, & proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos in generis mos abundanter emulator existens paternorum meorum Traditionum: ad Galatas 1. Non absumiliter Apostolorum perfecutores nulla pena digni putandi erunt, qui a penfanda delicti, ac tyrannidis gravitate adeo procul erant, ut potius hac ipsa persecutione obsequium se Deo præstare, arbitrarentur, iuxta illud Christi, Discipulos alloquenter, oraculum: *Venit hora, ut omnis, qui interficiat eum, arbitratur, obsequium se præstare Deo.* Joannis 16. Atheos demum omnes, Paganos, Infideles, in desideria cordis traditos, integra venia dignos affinare, par erit, de quibus scribitus Apostolus ad Ephesios 4. Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut non ambuleatis, sicut O-gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obfuscaentes intellectum, alienati a via per Dei ignorantiam, que est in illis proper cœcitatene cordis ipsorum, qui desperantes sensicias tradiderunt impeditio, in operatione immunditia omnis, in azariam. Hi quippe non modo ad scelerum pravitatem non attendunt, sed effreni potius imperi, ac sacrilegia quadam ostentatione, nefanda sceleri perpetrant, nulloque retrahente conscientia mortu, soluti habentis, in illicita desideria ruunt. Atque ita felicior eorum conditio confitetur, quam fidelium, qui, cum Deum norint, legem eius meditentur, delictorum gravitatem ferro penitent, illata Deo injuria rei cœnfentur, quando peccant; alias, ut isti quidem autem, minus peccatorum, si nec scirent, nec advertenter. Immo, quod stupendum magis, sua ipsa scelerissimis peccatoribus cœcitas, & obdurate lucro erit, quæ illos a peccatis absolveret, magna quo Divinitas Gratia pars reputabit ignoratio Divinitatis. Absit, ut violentam consecutionem, ac minus ex insulso systemate fluentem, affingam. Hanc ipsam ex iacto principio derivavit Nodi Præstitionis Dissolutor (1) Parte 1. §. 2. N. II. pag. 152. cuius verba dum lego, atque ex-

serbo, oculorum fidem tento, ac mihi ipsi vix credo. Demus, barbaras gentes ita Deum ignorasse: id queque magna beneficj, & gratia pars fuit. Cum enim peccatum sit essentialiter offendio, & injuria Dei; sublate Dei cognitione, necessario sequitur, nec injuriam, nec peccatum, nec eternam puniam esse. Ergo, cum bac ignorancia impeccabilis reddantur; aliquique cerissime peccaturi, si agnoscerent, sequitur, bac ipsum beneficium esse, juxta illud Apostoli: *Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitum revertere, trosrum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* 2. Petri 2. Ergo, siue barbari agnoscent; siue invocare illum, & salutem confessi possint; siue penitus ignorant, & ideo non possint peccare; semper verum erit, nec illis quidem misericordiam desso.

Hoc idem Becheri animo penitus infidesse, nil dubitandum, si ille ipse Becherius est, qui Rhemis, ante annos circiter quadragesima quatuor Theologie Professorem agens, Peccati Philosophici errorem dictatis scriptis vindicavit; Barbaroque, Deum invicte ignorantes (quod re ipsa fieri posse, contendebat, multisque probbat) Theologicæ minime peccatores, definitivæ, sola cum parvulis, non ablutis danni panza in altero seculo puniendos. Nemo quippe non videt, voluisse illum hac ultima molitione Peccatum Philosophicum, & poena sensuum immunitatem, quam invicte ignorantia beneficio in Atheis diu ante propugnaverat, ad occæcatos peccatores, obdurations beneficio, protendere, eosque aeternis suppliciis liberare. Quia de re lege quintam Peccati Philosophici Denunciationem.

Frustra vero recentis Scripturarum exemplis reponunt aliqui, ut ab eo se laqueo liberent, Peccatores, execratos licet, & obduratoris, iis illustrationibus, & excitationibus, calitus immis- sis, continuo perfundi; sed ad eas minus attendere. Illud quippe pigmentum ex instituto refellit Cardinalis Bellarminus lib. 2. De Gratia, & Libero Arbitrio, cap. 6. Dicunt aliqui, Deum qui den perpetuo pulsare ostium cordis, & peccatores vocare; sed eos, alii rebus intentos, non percipere rationem. Sed hoc responsio cum ipso experimento aperiſſimis pugnat. Nam, cum vocatio, pulsus, trahit, excitatio illa Dei sit actio nostra, quoniam non libera, nimis bona cogitatio, bonisque desideriis, repente, ac Divinitus innissum: quonodo potest fieri, ut non sentiantur a nobis, si sit non solum in nobis, sed etiam a nobis? Quamquam, eis daremus, pias illas excitationes, & illustrations singulis peccatoribus cælitus immitti, quas tamē illi minus adverterent; totum id in idem rediret. Essent illæ prorsus inutiles, nec peccatores excitarent, nec implendi offici admonerent, nec offensa gravitatem offendenter. Ut enim somno corruptus, voce, minus percepta, non excitatur; ita qui sceleribus obduratur, inspiratione, minus percepta, excitari haud potis est. Atque idcirco peccati reus esset, (quod hic demonstrandum aggredimur) tamē delicti gravitatem, infusa desuper luce, minus norit, atque percipiat.

En in quantas angustias liberales isti gratiarum sufficientium largitores adiunguntur: ut gratiam sufficientem, in omnes effusam, possum dicant in excitatione, que non exciterit; in cogitatione, de qua minime cogitetur; in pīs denique mortibus, qui ab illis ipsi, qui moventur, nullatenus sentiantur: quasi vel fieri possit, ut quis exciterit non excitat, cogitet incognitus, immotus denique moveatur.

Vis

Vis alia ejusdem systematis confessaria? Audi, qui Apostoli simul, & Augustini doctrinam de Lege, & Gratia concuerant. Si quippe milles decernant, Litteram fine Spiritu occidere; legem fine gratia facere magis reos; legem apud eos, quos non adjuvat gratia, virtutem esse peccati; legem demum mortem illis convulsi, quos Dei gratia non liberavit. Verum qui neminem peccare contendunt, nisi gratiam interioris illustrationis, atque excitationis accepit, mutata quadrata rotundis: nempe principi loco ponunt, legem fine gratia reos facere non posse; sed cum gratia sufficiente sapientia facere: legem fine gratia occidere neminem; accedente nihilominus gratia, occidenti viam obtinere: legem iis, quos gratia non adjuvat, mortem inferre non posse; sed mortis inferenda virtutem gratia sufficiens opitulatione fortiri. Quid tandem? Christum pro impiis mortuum, feribit Apostolus, ut a peccato liberaretur; isti Christum pro impiis mortuum statuant, ut gratiam illis promeretur, fine qua peccare non possint, & qua accepta, infallibiliter, pro pertinaci sua malitia, peccaturi sunt. *Nihil librum arbitrium, nisi ad peccandum, valere, pronunciat Augustinus,* (1) si lateat veritas via; isti nihil ad peccandum valere docent, si veritas latet.

Sed ab iis, qui ita de scelerissimis, atque obstatissimis peccatoribus liberaliter statuant, ut nusquam illos peccare putent, nisi prævia illorum mentibus illustratio afflugeat, & pia voluntatis excitatio prevolet, ab iis, inquit, sciére velim, an ipsi de se ipsi spondere audeant, nullum unquam sibi subrepescere peccatum, per improvisas offensiones, per tacitas libidinis illebras, per occultas sensuum infidias, per linguae intemperianas, per subitos astus, per ignoriam, per errorem; quin præcesserit in animo, per piam cogitationem, admissi peccati cognitio, infirmitatis sua notitiae, excitatio ad orandum, pium denique defiderium, a peccato retrahens? Id si velint; quid causa erit, ut ad Deum assidue iusti clament: *Ab occultis meis munda me, Domine?* Quid causa erit, ut ita Dominum deprecantur: *Ignorantias meas ne memineris;* si nullum unquam peccatum occulte se in animum insinuarer, nullaque per ignoriam, aut incognitiam culpa posset admitti? Cur vigilarent adversus diabolus infidias, si re ipsa peccare non possint, quin prius illa pervigili cogitatione extinctarent? Rem longe alter statuit Augustinus, peccati cognitionem per se deesse significat, dum peccatur: *In multis offendimus omnes, dum putamus, Deo, quem diligimus, placere, vel non discipere, quod facimus;* & postea per Scripturam ejus, *pro certa, & perspicua ratione commoti, cum diciderimus, quod ei non placet, penitentem preciamur, ut ignoscat.* Plena humana vita est talibus documentis. Lib. De Spir. & Litt. cap. 36. Quanto minus igitur licentiores homines illi mentibus excitari putandi erunt; a quorum mentibus Deus absit, quique omni vitiorum cœno demeritum est? Equis enim credit, homines, per illicita desideria diffusantes, sensuum cupiditatibus implacatos, interim tamen castitatis, religionis, humilitatis, cæterarumque virtutum affectibus superflui, ne fine peccato. Quo nihil explicatus, nihil luculentius desiderari a quoquam potest; ut peccati quis reus intelligatur; tamē si nil de peccato agnoscerent, ac de ejus efflagitanda ope cogitarent; cum contra potius natura vires superbius efferent, certoque statuerint, virtutem Dei munus non esse, nec pro ea quemquam Deo supplicare? Quis Epicureos, qui mundum negabunt, qua peccati gravitas dignosci potest, non attendit; ut

Suffragat utroque police Doctor Angelicus

2. 2. quest. 46. art. 2. ad 2. hanc ipsam duplicitis voluntatis distinctionem, ab Augustino statutam, qua vel una Philosophici Peccati insulsum error, ejusdemque ruinosum fundamentum suffudit, suam facit, ac probat. Cum enim hoc sibi obviandum fecisset argumentum: stultitiam voluntariam non esse, arque ita peccatum esse non posse, ita reponit: „ Dicendum, quod, quamvis stultitiam nullus velit, vult tamen ea, ad quæ conatur esse stultum, scilicet abstrahere sensum suum a spiritualibus, & immergere terra, nis. Et idem etiam contingit in aliis peccatis: „ tis: nam luxuriosus vult delectationem, sive qua non est peccatum, quamvis non simpliciter velit peccatum; vellet enim frui delectatione, ne fine peccato. Quo nihil explicatus, nihil luculentius desiderari a quoquam potest; ut peccati quis reus intelligatur; tamē si nil de peccato agnoscerent, ac de ejus efflagitanda ope cogitarent; cum contra potius natura vires superbius efferent, certoque statuerint, virtutem Dei munus non esse, nec pro ea quemquam Deo supplicare? Quis Epicureos, qui mundum negabunt, qua peccati gravitas dignosci potest, non attendit; ut

Kk

ea

ea maxime parte culpa principium ponat, quod operi manum admoveat rationis regulam non adverat. „ Hoc ipsum, inquit, quod est non attendere actu ad talem regulam, in se confidere, ratam, non est malum, nec culpa, nec pena: quia anima non tenetur, nec potest attendere ad hujusmodi regulam semper in actu: sed ex hoc accipit primo rationem culpa, quod sine actuali consideratione regulariter procedit ad hujusmodi electionem. Sicut artifex non peccat in eo, quod non semper tenet mensuram, sed ex hoc, quod non tenens mensuram, procedit ad incidentem. Quibus verbis statuta Moralis Christianæ regula mirum in modum confirmatur.

CAPUT KL VIII.

Eiusdem insulsi systematis falsitas demonstratur ex altero hoc Christianæ Moralis Theologie Axiomate: *A culpa non exsuscire impotentiam voluntariam, seu propria iniuritate contractam.*

Alterum Moralis Christianæ caput, unde insulsi systematis falsitatem apertius eras, istud est: *A culpa non vacat, qui implendi precepti impotenti laborat, si in eam semetipsum sponte congerit, illamque propria iniuritate contraxerit volens, ac sciens.* Cum igitur obsecratus, & induratus, auxiliis sufficientibus destitutus, in implendi praecipi, vitandique peccati voluntaria impotenti remanens, hanc sibi sufficientium auxiliorum negationem prioribus delictis, sponte, libereque admissis, ascerit, voluntariisque impotenti sua pridem iniuritate contraxerit; eorum certe delictorum culpa non vacat, quæ in eo cœcitat, & obdurations statu quadam veluti necessitate committit.

Hanc Moralis Christianæ Regulam non modo posuit Augustinus, atque ex illo mutuatus est Doctor Angelicus; verum etiam confessionem ipsam ex eo jacto principio derivant; viroque induratos & obsecratos, Divinis illis illustrationibus, & excitationibus exutos, delicti nihiloficius reos agunt, quod iis priori culpa destituti supponuntur.

Præsto est celeberrimus Augustini locus lib. De Correptione, & Gratiæ cap. 11. ubi de Auxilio, fine quo non, videlicet sufficienti, ut rezens Schola loquitur, prolixiore sermone instituens, illud Angelo, & homini primo ideo maxime collatum, docet, quod, alias sublato illo possibilis auxilio, sua culpa non cedidissent, cum nullam in eis culpam reperire esset, cuius merito negaretur: fecit tamen in præfentia sentendum, decernit, cum in præcedentibus peccati penam subtrahit posset. Explicatissima verba sunt: „ Si autem hoc adjutorium, cum primum facti sunt, defuissest, quoniam non talis natura facta erat, ut sine Divino adjutorio posset manere, si vellit; non utique sua culpa cedidissent: Adjutorium quippe defuissest, sine quo perseverare non possent. Nunc autem, quibus deest tale adjutorium, jam poena peccati est; quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum. „ Quia itaque culpa cadunt, quotquot in statu naturæ lapse possibilis auxilio, seu gratia sufficiente destituti, in nova scelerâ præcipites ruunt; quia non nisi præcedentium delictorum merito gratia illa subtrahit est.

Accedit alter locus, libro De Perfectione Justitiae, cap. 6. Augustinum hac argutia petierat Ca-

lestius, ut eius responsa nonnulla in invidiam traheret: *Si est aliquod peccatum, quod vitari non possit, quomodo iustus Deus dicitur, si imputare culpam creditur, quod vitari non possit?* Quid ad hæc porro Divine Gratia Vindex? Num forte reportat, nullum re ipsa peccatum esse, quod a quovis homine superari non possit; quod nimur, subtrahita licet actions gratia, unicuique, quamvis obsecrato, & indurato, possibilis est gratia praesto sit? Erat id dubio procul responsurus, si, quod largi auxiliorum sufficientium distributores efficiunt, Augustino probatum est; nihil quippe confutanda Pelagianorum argutia opportunius contingit. At longe aliam viam init. *Peccatum est, inquit, cum vel non est caritas, qua eis debet, vel minor est, quam debet: sine hoc voluntate vitari possit, sine non possit: quia, si potest, presens voluntas hoc facit; si autem non potest, præterita voluntas hoc facit.* Satis videlicet perfectum habens, homini, possibilis est gratia destituto, peccatum nihiloficius imputari, quod illam precedentibus delicti amiserit. Quare cum importunus cavillator questionem alteram movisset: *Si non potest homo sine peccato esse; cuius culpa est?* Ipsi ne hominis, an cuiusvis alterius? *Si ipsius boni; quomodo culpa hominis est, si hoc non est, quod esse non potest?* Non utique reponit sanctissimus Doctor, idcirco homini culpam esse, quia ei, tametsi auxiliis efficacibus destituto, præsto sunt sufficientia, quies expedita est vincendi peccati potestas; sed iadis principis hærens, Respondet, inquit, *ideo esse culpam hominis, quod non est sine peccato: quia sola hominis voluntate factum est, ut ad istam necessitatem venire, quam sola hominis voluntas superare non possit.* Ut hinc noveris, imputando peccato satis esse, si quis in illam, quævis tandem illa sit, peccandi necessitatem se sponte congererit.

Teritus locus occurrit Tractatu 53. in Joannem, ubi hanc ipsam questionem verat ex insti-tuto: *qui videlicet ratione induratis, & obsecratis, qui nonnulla credendi impotenti laborant, sua nihilominus infidelitatis rei censori posse.* Quæ sequuntur, inquit, *Evangelii verba plus urgent, & profundiore faciunt questionem: adjungit enim, & dicit: „ Propterea non poterant credere, re, (1) quia iterum dixit Ieremia: (2) Exca-vavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & intelligent corde, & convertantur, & sanem illos.* „ Dicit enim noster: *Si non potuerunt credere; quod peccatum est hominis, non facientis, quod non potest facere? Si autem, non credentes, pescaverint; potuerunt ergo credere, & non fecerunt. Si ergo potuerint; quoniam dicit Evangelium,* „ Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Ieremia: *Exca-vavit oculos eorum, & induravit cor eorum; ut, quod est gravius, ad Deum referatur causa, qua non crediderunt; quandoquidem ipse excaevavit oculos eorum, & induravit cor eorum?* Non enim saltem hoc de diabolo dicitur, sed de Deo, quod ipsa Prophetæ Scriptura refutat. Nam si arbitremur, hoc dictum de diabolo, quod excaevavit oculos eorum, & cor induravit; laborandum est, quomodo illorum culparum, quia non crediderunt, postmodum offendere, de quibus dicitur: Non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio Prophetæ ipsius testimonio, quod posuit Paulus Apollonus, (3) dicens: „ Quod quærebatur Israel, hoc non est consecutus; electio autem confecta est; ceteri vero excaevati sunt, sicut scriptum est: (4) Dedit illis Deus spiritum, tum compunctionis, oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, usque in hodiernum diem?

(1) Joan. 12. 39. (2) Ier. 6. 10. (3) Rom. 11. 7. (4) Ier. 6. 10.

, diem? „ Auditis fratres, propositam questionem: nempe quam profunda sit, cernitis. Jam quid ad hanc Augustinus? Certe minus recte profundam questionem vocaret, si iis principiis hæretet, que largi illis Gratiarum sufficientium distributorebus familiaria sunt; aut si id forte sensisse, quod Becherius ei tam liberaliter affingit, nulla scilicet peccata puniri desertione summa, qua Deus opem gracie omnem peccatori subtrahat. Satis quippe est, verbo reponere, incepit prorutus questionem hanc agitari, quæ falsa hypothesi volveretur; cum nullquam usque adeo obduremente scelentissimi peccatoris, ut ipsa etiam possibilis est gratia destituantur; eaque idcirco de causa peccata, in ipso obduremente statu admissa, mentio illis virtutis verti. Quin ita responsum effet Becherius, nullus dubito, cui scripto publico declarare libuit, perfuncti sibi esse, obdurate nequam omni care interior gratia, quæ ad implenda præcepta sufficiat. Verum questionis altitudinem sensit humilis Augustinus, alioquin configit, ut nodum solvere: Perversa voluntatis merito amissum, respondit, implendi officii facultatem; iuxtoque Dei judicio, sed occulto, negatam illam possibilis est gratiam. Sed respondemus, inquit, ut possumus. Non poterant credere, quia hoc Ieremia Propheta predixit: hoc autem Propheta prædictis, quia Deus hoc futurum esse, prescrivit. Quare autem non poterant, si a me queratur; citò respondere: quia nolebant: malam quippe eorum voluntatem previdit Deus, & Prophetae prænuntiavit ille, cui absconditi futura non possunt: Sed aliam causam, inquit, dicit Propheta, non voluntatis eorum. Quam causam dicit Propheta? „ Quia dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant: & excaevat oculos eorum, & induravit cor eorum. „ At etiam hoc eorum voluntate meruisse, rispondeo: sic enim excaevat, sic obduratur Deus, deferendo, & non adjuvando; quod ubi judicio facere potest, inquit non potest. Hoc omnino pietas religiosorum inconstans debet, inviolatiusq; seruire, sicut Apostolus dicit, cum candem ipsam tractaret difficultissimam questionem: Quid ergo dicimus, inquit, unaquicunque iniquitas apud Deum? abit. Si ergo abit, ut sit iniquitas apud Deum: fratre quando adjuvat, misericorditer facit; fratre quando non adjuvat, iuste facit; quia omnia non temeritate, sed judicio facit. Prima igitur peccatorum, induratis, & obsecratis impudentiorum, ratio, eorumdem perversa voluntas est, qua desertione meruerunt: non illa internum gratiarum nusquam intermisca largitio, a Molinianis excogitata. Quod non absimiliter adstruit Augustinus sermone 88. de Tempore, questionem hanc movens data opera: *Cur iniquitas illa Pharaonis impunetur, cum Dominus cor illius obdurasse reverterat?*

Quattus Augustini locus ex Epistola 105. contra Julianum, capite 3. *Cæcitas cordis, quam solus removet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur; & poena peccati, quia cor superbum digna animadversione punitur; & causa peccati, cum male aliqd cœci cordis errore committitur.* Pharaoni itaque non imputari, afferit Augustinus, quod tunc obtemperare non poterat, si spectet eis obdurate, ut poena peccati, quia, ut ait hoc ipso in loco, de supplicio veniebat: ipsi enim acciderat obdurate, judicio Dei tributensis incredulitatis eius debitam penam. Et tamen imputatur obdurate, & peccata quæcumque ipsam confessuta, quatenus peccata erant; siquidem veri nominis delicta censebantur, & quidem gravissima, penitus gravissimis punienda.

Toto igitur ostio aberrat obscurus Author Epistole

(1) Ad Sextum nunc Epist. 194. n. 22.

mo, tu quis es, qui respondes Deo? Explicatus vero Quæstione 50. super Deuteronomium; ubi de Pharaonis, & Judæorum obdurance fermōnem habens, hanc ipsam difficultatem eliquat, quoclariori potest modo. *Simil, inquit, ostendit Moses, & sine adiutorio Dei homines intelligere, & obdere non posse oculis cordis, & auribus cordis: Etamen, si adiutorio Dei desit, non ideo excusabile esse bonum vitium: quoniam iudicia Dei, quæcumque occulta, tamen justa sunt.* Nempe, quia non alia de causa auxilium subtrahit, quam in precedenti delictorum penam.

Atque hinc intelligere facile est, quid sibi velit sanctissimus Doctor in Expositione quarundam Propositionum Epistola ad Romanos, Propositione 62, dum ita de Pharaone pronuntiat: *Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperat, quanquidem, obdurato corde, obtemperare non poterat: sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate.* Non enim Pharaonem, jam induratum, peccato liberat. Equis enim hanc D. Augustino sententiam affingit, repugnantibus tam dieris, tamque dilucidis S. Doctoris testimoniis? Sed imputari peccati primam radicem indigunt, non aliam esse, monet, quam quod dignum se prioribus delicti exhiberit, cui cor obduraretur a Deo. Non itaque secunda propositione est, quasi primo absolute negat, imputari Pharaoni, quod tunc non obtemperat; deinde rationem hujus non imputationis affinet, quia, obdurato corde, obtemperare non poterat: sed, continuata propositionis serie, negantis particula potestas in extremam partem transferenda venit, ut nimur hunc fons efficiat: *Non ideo hoc illi imputabatur, quia obtemperar non poterat, sed continua propositionis cau-sam ex obtemperandi impotenti oriri negat; eamque ex iis duntaxat peccatis repetendam definit, qui obduremente promeruitur eis.* Si tamen Augustini propositionem fecare omnino velis, quæsi est Pharaonis jam obdurari inobedientiam, eidem non imputatam, dixerit; alteram dicti hujus expositionem, æque facilem, & accommodandam. Obdurementem scilicet Pharaonis, peccatore, eo in statu admissa, dupliciter spectari posse, respondemus: vel ut peccata sunt, vel ut poena præcedentis peccati. Ut peccata sunt, soli homini obdurato imputantur: ut vero poena sunt, non soli homini, sed Deo imputantur, hoc est tribuuntur, priorum delictorum gravitatem istorum permissione cœtagunt. Priora autem peccata, quibus dignum se præbuit peccator, ut a Deo deserteretur, & cor illi obduraretur, ipsi foli imputantur, non Deo: quia sic peccata sunt, ut non sint poena peccati. Responsum ex Augustini doctrina petimus est lib. 5. contra Julianum, capite 3. *Cæcitas cordis, quam solus removet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur; & poena peccati, quia cor superbum digna animadversione punitur; & causa peccati, cum male aliqd cœci cordis errore committitur.* Pharaoni itaque non imputari, afferit Augustinus, quod tunc obtemperare non poterat, si spectet eis obdurate, ut poena peccati, quia, ut ait hoc ipso in loco, de supplicio veniebat: ipsi enim acciderat obdurate, judicio Dei tributensis incredulitatis eius debitam penam. Et tamen imputatur obdurate, & peccata quæcumque ipsam confessuta, quatenus peccata erant; siquidem veri nominis delicta censebantur, & quidem gravissima, penitus gravissimis punienda.

stola manu scripta, ad Doctorem quendam Sorbonicum directæ, occasione Theseos, a Jesuitis defensa die 14. Decembris 1609. dum ea ad Becheserium suum liberandum Augustini verba detorfit. Quin & illi insanum errorem affrictum imprudens, quem & Becheserius ipse publico scripto detectatus est. Quandoquidem Doctorem Sanctissimum, non ex hypothesi, sed ex certa sententia loquentem inducit, quasi Pharaonem non modo culpa vacaturum, dixisset, si desertione summa a Deo multatus esset; sed tanguam illum re ipsa ab iis peccatis liberum pronunciasset, que is in hac sua defensione perpetravit: quo nibil insulfum magis.

Quintus demum, ut alios mittam, Augustini locus ex sermone quodam de Verbis Domini pertinet, qui unus causæ, quam agimus, confidenda sat is est. *Peccator, cum vult, non potest, quia quando potuit, noluit; & ideo per malum velle perdidit bonum posse.* De amissione interdum ab scelerissimis peccatoribus gratia sufficientis auxilio fermentum ab Augustino instituti o loci, nullus ibit inficias, si verba paulo penitus observet, ac mutuo conferat. Et quippe parentia definitum interdum peccatorem, contendit, etiam dum vellet recte agere, qua prius abusus est, quando noluit: porro, qua illi antea potentia inerat recte agendi, dum ea ex voluntate sua pervertitur abutebatur, non nisi gratia sufficientis beneficio sobolefiebat; nemo enim ea abutitur potestate, qua illi gratia efficacis beneficio confertur; ac nusquam contingit, nolle eum, cui cumulantissima vestrericis auxili potestis prestat. Ut quid autem peccatorem, eo defensionis statu possumt culpa vacare, non reputat Augustinus, tametsi voluntaria illa implenda legis importunita teneatur? Plane, quia per malum velle perdit-bonum posse, hancque sibi qualiter importunitatem iteratis criminibus accerfir. Cui conformat illud aliud ex lib. 3. *De lib. arb. cap. 18. Illa est peccati pena justissima, ut amittat quisque, quo bene uti noluit, eius sine alia posset difficultate, si vellet.* Id est autem, ut si quis sciens vellet non faciat, amittat scire, quid retinat sit; & qui relle facere, cum posse, noluit, amittat posse, cum vellet. Hinc & illud lib. 1. *Retract. cap. 15. Qui cognoscit copiditatem bona voluntate resistere non potest;* & ideo facit contra preceptum justitiae, jam hoc ita peccatum est, ut sit etiam pœna peccati. Quo ultimo S. Doctoris effato discimus, idem & peccatum, & pœnam peccati esse posse; eaque maxime ratione imputandum, quod ex accessita prioribus delictis defensione conqueatur.

Hanc ipsam Moralem Christianæ Regulam, ab Augustino petitan, Scholis sacravit Doctor Angelicus, ut hoc idem evinceret: Delicta scilicet indutatis, omni interdum possibiliter auxilio definiti, nihilominus imputari. Palmarum est, quod legitimus lib. 3. contra Gentes, cap. 159. & 160. ubi de Gratia necessitate disputat data opera. Hoc sibi argumentum priori loco obviandum facit, quo velut Achille, militant Recentiores, ex Pelagianorum officina petito. „Cum, sicut ex præmissis habetur, in finem ultimum aliquis dirigit non possit, nisi auxilio Divina Gratia, sine qua etiam nullus potest habere ea, quæ sunt necessaria ad tendendum in ultimum finem, sicut est spes, fides, dilectio, & perseverantia; potest alii videri, quod non sit homini imputandum, si prædictis careat; præcipue cum auxiliu gratia mereri non possit, nec ad Deum converti, nisi Deus eum convertat. Nulli enim imputatur, quod ab alio dependet. „Cui solvendo nihil accommodatus occurreret, quam quod obtundunt Moliniani Professores; Gratiam videli-

cent efficacem duntaxat subtrahi peccatoribus; at sufficientem singulis praesto esse, atque idcirco peccatis adstringi, quorum vitandorum parentiam elargitur. At longe alter Angelico Magistro visum est, cui una sapit Augustini Regula, jam a nobis exposta. *Ad hujus, inquit, dubitationis solutionem considerandum est, quod, licet aliquid per motum Liberi Arbitrii Divinan Gratiam non promoveri, nec acquirere possit; potest tamen se ipsum impetrare, ne eam recipiat.* Et paucis interiectis: *Cum hoc sit in potestate arbitrii, impetrare gratie receptionem, vel non impetrare; non immoratur impetratur ei, qui impedimentum prestat gratie receptione.* Deus enim, quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare; vult enim, omnes homines salvos fieri. *& ad agnitionem veritatis venire, 1. ad Timoth. 2. Sed illi soli gratia privantur, qui in seipsis gratie impedimentum prestant.* Ut ergo peccata hominibus, gratia etiam sufficiente definiti, imputari merito possint, satis abunde patet esse Doctor Angelicus, si eam gratia subtractionem, objecto proprie iniquitatim impedimento, promeriti sint; eamque desertionem præviis delictis fidem incepiverint. Id luculentius verbo subjuncta significant: *Quod autem dictum est, in parentia liberis arbitrii esse, ne impedimentum gratie prestant, competit his, quibus naturalis potentia integra fuerit.* Si autem per inordinationem antecedentem declinaret ad malum, non erit in potestate ejus nullum impedimentum gratie prestante. Ceterum difficultatem absolvit omnem, quod sub finem capitis sexagesimi habet; omnemque, ab importunitate callivatoribus offusas, nebula absterget, quod coronidis loco ponit: *Quoniam autem, inquit, illi, qui in peccato sunt, vitare non possunt per propriam potestatem, quin impedimentum gratie prestant, vel poterant, nisi auxiliu gratie preventiarum; nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defensus ex culpa precedenti in eis relinqutur: sicut ebrios ab homicidio non excusat, quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit.* Dicant enim, amabo, subiles argutatores, si homo, merito recocetus, homicidii, si quod tunc fortassis admittat, reus agitur, modo in ebrietatem culpa sua inciderit, tametsi vitandi tunc homicidii impotens censeatur; quanto certius homo, sufficientibus auxiliis definitus, eorum nihilominus scelerum reus erit, quæ in eo desertions statu perpetrabit; ob id unum, quod in eam misericordiam volens incident, eamque sibi repetitis sceleribus accerferivit? Majori quippe peccandi necessitate laborat ebrius, quam desertus. Is quippe, impotens sibi, nullo, aut certe debili admundum liberis arbitrii ufo poller, sed, peccatum more, in scelus ruit: ite libero arbitrio, oppositorum semper potenti, fruatur, in actus prourupti volens, ac sciens, peccatoque re ipsa consenserit. Aliud quippe est libertas agendi, aliud sufficientia libertatis, ut Schola loquitur: priorem ad utrumlibet habet obduratas, sufficientibus licet auxiliis definitus; solaque posteriori in præcedentium delictorum pœnam exurus est: cum contra homo, merito depositus, liberis arbitrii usu captus sit. At de his paulo infra.

Nil minus præsenti instituto congruit, quod habet idem Angelicus Doctor 2. 2. quest. 2. art. 5. ubi necessitatem fidei probaturus, hanc sibi in oppositum objectionem proponit: *Nullus tenetur ad id, quod in ejus potestate non est: sed credere aliquid explicite non est in hominis potestate, quia ad hoc indiget Divino gratie auxilio, quod in sua potestate non habet: ergo credere aliquid explicite homo non tenetur.* Quidam & panculo huic expeditam recentium istorum responsum attinxerit, idcirco teneri omnes, quod expeditam credendi fa-

cultatem auxiliorum sufficientem ope nemo non habeat? At longe alter: *Dicendum, inquit, quod, si in potestate hominis esse dicatur aliquid, excluso auxilio gratia, sic ad multa tenetur homo, ad quæ non potest sine gratia reparare, sicut ad diligendum Deum, & proximum; & similiter ad credendum articulus fidei: sed tamen hoc potest cum auxilio gratia.* Quod quidem auxilium, quibuscumque diuinis datu, misericordia datur; quibus autem non datur, ex justitia non datur, in pœnam precedentis, aut saltem originalis peccati, ut Augustinus dicit libro De correptione, & gratia. Quo responsu objectant difficultatem eliquat: unumquemque scilicet ad id teneri, inquit, atque idcirco pecare, si minus credit, tametsi Divino auxilio definitus; quod illo nonnulli in præcedentis peccati poena destruitur. Hic porro de Gratia sufficientis negatione sermonem esse, nullus ibit inficias, cum de hac ipso questione habeat Augustinus, quem hujus sui responsi auctorem advoctat D. Thomas.

Juvat hoc idem, quod statuit ubique passim, de infidelitate negativa sermonem instituens. Hanc peccato vacare, confitentissime docet. Cur id vere? Num, quia Infideles, quos negativos Scholearum vocat, sufficientibus ad credendum auxiliis definiti censeantur? Sane, cum iis illos definiti, censeat D. Thomas, nullam hujuscemodi infidelitatem excusande commodiorem viam arripiuerit, si vel unam Gratiarum sufficientium subtractionem excusando delicto fatis esse, existimat. At longe aliama videntur init. Hanc idcirco peccato vacare, ait, quod non ex antecedenti quopiam definito, libere admisso, derivetur, sed ex uno, quod origine necessario trahitur; cuius merito fit, ut iis Evangelii prædictio negetur: Idenius infidelitatem negativæ nomine intelligendum, ubique monet. Si enim contingat, Evangelii prædicationem non unius Originalis peccati merito subtrahi, sed & ob alia delicta, ab iisdem infidelibus admissa, jam non pure negatio, sed contrarietas infidelitas erit, atque ita culpanda, quia jam fidei reluctari censebuntur. In id collimat universa hoc de argumento D. Thomas doctrina, varis locis expressa: 2. 2. quest. 10. art. 1. 2. 2. q. 34. art. 2. ad 2. 2. Sentent. dist. 39. quest. 1. art. 2. ad 3. Unde video, non idem culpa vacare aliquos, quod Divinis auxiliis spoliuntur, sed potius virtus illis iuri verti, quod haec illis auxiliis subtrahantur, præcedentium, & quidem liberiorum, delictorum merito. Quapropter infidelis mere negativus via illus est, ut certe, rara avis in terris, nigroque simillima cycno.

Quid plura? Eo nixus Augustini principio D. Thomas, peccata omissionis etiam vitio veritatis, docet, qui implendi præcepti impotenti tenetur, si in eam se sponte concenterit, volentes unique, ac scientes; eaque dicti sui exempla ponit, quæ rem nostram plane concenterant, virosque desertos, implendorum mandatorum sufficientia definitos, potiori iure reos evincant, quippe qui eum sibi sicut sponte colligantur. Videas id 2. 2. quest. 79. art. 3. ad 3. ubi data occasione, questionem agitat: *Quandonam primo peccatum omissionis incipit?* Ad tertium dicendum, quod, sicut peccatum transgressionis opponitur præceptis negativis, quae pertinent ad delictum a malo; ita peccatum omissionis opponitur præceptis affirmativis, quae pertinent ad faciendum bonum. Præcepta autem affirmativa, non obligant ad semper, sed ad tempus, per determinatum; & pro illo tempore peccatum omissionis incipit esse. Potest tamen contingere, quod aliquis tunc sit impotens ad factendum, quod oportet: quod quidem si fit

præter ejus culpam, non omittit, quod debet, ut dictum est: si vero sit propter ejus culpam præcedentem, puta si aliquis se sero inebriaverit, & non potest surgere ad matutinas, ut debet, dicit quidam, quod tunc incipit peccatum omissionis, quando aliquis se applicat ad actum illicitum, & incompossibilem cum illo actu, ad quem tenetur. Sed hoc non videtur verum, quia, dato, quod excitare per violentiam, & ire ad matutinas, non omittet. Unde patet, quod præcedens inebriatio non fuit omissionis, sed omissionis causa. Unde dicendum est, quod omissionis incipit ei imputari ad culpam, quando fuit tempus operandi; tamen propter causam præcedentem, ex qua omissionis sequens redditur voluntaria. Quia loquendi ratione perfectum habes, omissionis ejus, qui implendi præcepti prævio peccato factus est impotens, idcirco maxime criminari dari, quod fuit in eum statim sponte concenterit: tametsi (quod hic ex instituto veritatis Doctor Angelicus) peccatum actus, unde secuta omisso est, interna omissionis pars, ac veluti forma dici nequeat: quia de re in præfentia disputare, nostra non intereat. Non absimiliter 2. 2. quest. 71. art. 5. has culpandas omissionis rationes profert: „Si causa, vel occasio, omittendi subiectat voluntati, omissionis habet rationem peccati . . . quandoque autem actus voluntatis directe fertur in aliud, per quod homo impetrat ab actu debito: sive illud, in quod fertur voluntas, sit conjunctum omissionis, puta, cum aliquis vult ludere, quando ad Ecclesiam debet ire; sive etiam sit præcedens, puta, cum aliquis vult diu vigilare de sero, ex quo sequitur, quod non vadat hora matutina ad Ecclesiam. Quæ ergo hominibus, ad certum tempus a Deo desertis, inest implendorum præceptorum impotencia, eosdem culpa non liberat, cum & illam anteactis peccatis fibemeti possicerint.

Eo redemptum statutum, ab D. Thoma certissima Regula de peccatis, ex ignorancia culpa concurrit: Ea nempe non omnino culpa eximi, quod, eti secuta necessitate sobolescant, ab causa nihilominus libera, ac sponte quæsita, primam originem ducent. Prima Secunda, quæst. 76. art. 3. Quandogm ipsa ignorantia est voluntaria vel directa, sicut cum aliquis studiis vult nefare aliqua, ut liberius peccet; vel indirecte, sicut cum aliquis proper laborum, vel proper alias occupationes negligit discere id, per quod a peccato retraheretur: talis enim negligens facit, ignorantiam ipsam esse voluntariam, & peccatum, dummodo sit eorum, quæ quis fecire tenetur, & potest. Et ideo talis ignorantia non totaliter excusat a peccato: Quia nimur & ipsa peccatum est, libere admisso. Immo, quod hic obiter de ignorantia, studiose quæsita, subinuit, distinctius expendens Quæst. 3. de Malo, art. 8. diserte docet, non modo peccatum non excusat omnino, verum etiam multo magis augere. „Cum aliquis, inquit, directe vult ignorare, ut a peccato per scientiam non retrahatur, talis ignorantia non excusat peccatum, nec in toto, nec in parte, sed magis auger. Ex magno enim amore peccandi videtur contingerre, quod aliquis detrimentum scientia pati velit ad hoc, quod libere peccato inhæret. Tales porro esse excecatos, & obdurate, quis negat, de quibus maxime a Regio Vate scriptum est Psalm. 35. Noluit intelligere, ut bene ageret. Longa etiam peccati nocte demersus, suis etiam delectantur tenebris, ac Deo ipsi, qui eas effusa gratia luce depellere potis est, sèpius ingeminant, quod in libro Job, capite 21. scriptum est: *Recede a nobis, scientiam viarum quærum*

rum nolumus. Equis ergo nova culpa vacare illos sibi singat, dum, recedente Deo, in nova subinde sclera probulantur, qui Deum ipsum, ut recederet, gratiamque subtraheret, impulerunt?

Idem de peccatis, ab ebrio admissis, pronunciat Doctor Angelicus, ea scilicet virtio verti, dum quis volens, ac sciens mero plus justo indulgens, mente eversus est; tametsi homo, largiori mero recocitus, nulla, vel certe minus integra vivendi peccati facultate positur: ob id videlicet unum, quod in eum secuta necessitatim statum libera voluntate devolutus sit. 2. 2. quæst. 150. art. 4. „Si in actu illo præcedenti subsecuta est „ebrietatis excusatur a culpa, sicut forte accidit „in Loth. Si autem actus præcedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusat a peccato sequenti, quod scilicet redditur voluntarium ex voluntate præcedenti actus, in quantum scilicet aliquis, dans operam rei illicitæ, incidit in sequens peccatum.“ Et in 2. Sent. dist. 22. quæst. 2. art. 2. ad 2. „Dicendum, quod ebrius homicida duobus peccatis peccat, scilicet ebrietate, & homicidio: propter quod dicitur, duplices multationes mereri.

Hinc nata tria distinctione duplices voluntarii, secundum se, & secundum suam causam; quam & exponit, & accommodat intitulus D. Thomas 1. 2. quæst. 77. art. 7. satis esse, inquiens, si quod peccatum admittitur, in causa liberum sit, quamquam per se necesarium censetur. „Aliquid, inquit, potest esse voluntarium vel secundum se, sicut quando voluntas directe in ipsum fertur; vel secundum suam causam, quando voluntas fertur in causam, & non in effectum, ut patet in eo, qui voluntarie inebriatur. Ex hoc enim quasi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit. „Quidni ergo potiori iure peccata ad hominem, sufficientibus auxiliis destituto, perpetrata, eidem criminis vertantur? Quandoguidem liber illa, quam sibi sponte ascivit, desertio, hanc sibi qualcumque peccandi necessitatem comparavit. Dixi, potiori iure; quod major sit homini mero depositi peccandi necessitas, quam sufficientibus auxiliis destituto, perpetra, eidem criminis vertantur? Iste enim, servata ad utrumlibet libertate, solam amissit sufficientiam libertatis; ille ab ultra simili, largius potitudo, devolutus est, ac mente eversus, pecudum more ruit in præceptis.

Neque vero illi Angelica doctrina principis (quod moralis controversie caput attinet) repugnare censendus est D. Bonaventura in 2. Sent. dist. 22. art. 1. quæst. 3. ubi homicidium, ex culpabili ebrietate consecutum, non novæ speciei peccatum esse, contendit, sed circumstantiam duntaxat, ebrietatem admodum aggravantem. Nihil quippe tantillum illud Scholastica subtilitas distidit questioni morum, quam hic unam expendimus, officit. Sive enim homicidium novæ speciei peccatum vocies, five circumstantiam aggravantem dicere malis; illud perinde virtio verti, hominique ebrii reatum augere, fatendum erit, eique propterea merito imputari: quandoguidem non ipsa duntaxat peccati species virtio datur, ita que plenitudo poena; sed & adjuncta queque, unde peccato gravitas accedit.

Erit fortasse, qui dicat, non omnia secuta peccata homini mente everso, ac largiori potu deposito imputari, tametsi culpa sua in ebrietatem incurrit; sed ea tantum, qua sibi eventura præviderat: atque ita nec homini obdurate, sufficientibus auxiliis destituto, imputatum iri delicta,

qua is eventura sibi nullatenus ominabitur: maxime cum multis invenire licet obdurasco, qui nusquam sibi subtrahunt iri auxilia sufficientia, certo credant.

Verum (ut id obiter dicam) non advertunt, qui hac nobis obtrudunt, petutum a nobis ex ebrietate validissimum argumentum, ex illorum numero esse, que a majori ad minus Schola vocat, cum detersor hominis ebrii conditio sit, quam Divinis auxiliis destituti; nihilque propterea adversa partis luci obvientrum, si forte rueret, tametsi multum ex eo præsidio nobis accedit, si fuo fieret robore. Fieri quippe possit, ut qua minus homini vino calenti imputantur peccata, obdurate, atque deferto, virtio verterentur: quod ille nec fui compos, nec liber omnino sit, ite mente integrerunt, ac sui dominus.

Sed age, demus, quod mihi quorundam Theologorum opinio ponit, homini scilicet, premita potatione everso, ea tantum secuta peccata virtio dari, qua sibi eventura præviderat: non eo tamen laxitatis veniente Theologi illi, ut existiment, ea distinctor, ac secundum illorum speciem, genufite previdenter debuisse, ut demum virtio verti possint; sed satis esse ajunt, si in communione prævisa sint, immo si vel solum prævideri debuerint, ob prævia inclinationis experimentum.

Reputatur, (inquit Cardinalis Cajetanus (1), illorum unus) præsumum peccatum, non solum si sit præsumum in sua specie, puta, quia novit quis, se ebrium proximis derahere; aut in suo genere, puta, quia novit quis, se ebrium virtio linguae irratrii; quamvis modo detractione, modo contumelia, modo blasphemia, modo irrisio, modo turpiloquio: sed etiam, si sit præsumum in communione, puta, quia sit, se ebrium in aliis quo peccare, sicut neficiat, in quo genere runc peccabit. Reputatur rufus præsumum, non solum si sit præcognitum, sed si debuit esse præsumum, præcogitando, puta, quia expertus est inclinationes suas pronas, quanto magis bibit, quam illis in alienatione mentis, vel prope indicit in peccatum. Estimatur autem non præsumum peccatum ex ebrietate, quando nullo modo præsumum est, præviderique rationabiliter non potuit humano more. „Jam vero quis putet, peccatorem toto illo temporis tractu, quo longum illum sclerorum funem ducit, quo demum obduratio, ac cæcitas consummatur, nusquam vel in communione ebulit, in quo, quantave peccata lapsus est, ubi tandem in profundum abyssi venisset? Aut certe quis neget, haec ab eo prævideri debuisse, ac quam faciliter potuisse, dum tories relapsus, totiesque peccato vixus, proclivem in omne scelus animalium experierit.

Insulfum porro est, quod subiungitur, obduratorum multos esse, qui nusquam sibi subtrahunt iri auxilia sufficientia, certo credant: satisque mirari, nequeo, Vafquefum tam utili arguit Augustinum, tanquam adnoto ariete, pulsafe 1. parte, disp. 97. cap. 4. Quasi vero tremenda iudicia vanis hominum opinionibus incertatur Deus, isque auxilia etiam sufficientia subtrahere nequeat, qui ea nusquam sibi sublatum iri, seu vere, seu falso crediderint! Certe hac nostra actratio inventus est Nodi Prædestinationis Disfector, (2) qui ne obtinatissimis quidem peccatoribus gratas copiosissimas abundantissimas, efficacissimasque subtrahit, docuit. (3) Da itaque hominem obtinatissimum, qui ea se opinione inficiat: ergone Divina justitia metas ponet, ut nusquam ab eo copiosissimis, efficacissimisque gratias exi possit, quod nusquam se illis extutum iri, commentus erit?

Ad.

(1) 2. 2. quæst. 150. art. 4. (2) Card. Sforza. (3) Par. 1. §. 2.

Addiderim ad causæ cumulum, longe verius sentire Theologos illos, qui, missa, quavis peccatorum, ex ebrietate securorum, distinctione, universa virtus verti, putant, sive prævisa illa sint, sive non sint; modo culpa sua homo in ebrietatem incidenter. Enimvero nec D. Augustinus, nec D. Thomas ea distinctione usi inventur, sed universa indiscriminatim eadem forte involvent, ubi semel ebrietas peccato contracta est. Quin etiam peccatorum, ebrii imputandorum, rationem indigat Doctor Angelicus, (1) universis plane communem; quia scilicet peccatum sequens redditus voluntarium ex voluntate præcedentis actus: in quantum scilicet aliquis, dans operam rei illicitæ, incidit in sequens peccatum. Nec aliam Augustinus, de obdurate sermonem habens, assignavit libro de Perseveratione Justitiae, cap. 6. Solita, inquiens, boni voluntate factum est, ut ad istam necessitatem veniret. Sed enim secuta delicta prævisa sint, sive non sint, ex libera prævia peccati voluntate subolecent. Quare minus Augustini mentem perfectam habent, qui, ut eam distinctionem illius suffragio muniant, vulgariter estimant, ut libera Deli judicio, privarentur: sive auxiliis, iusto Deli judicio, privarentur: satisque officio nostro consultum, arbitrii sumus, si Lemosio, Bastidam (quod id obtenderet) duris exigitanti, nostram advocationem commendaremus, & Bechererum, hoc idem commentum nova pompa explicantem, data occasione, retundenderemus.

Plura adscibere parcam ad alia momenta confutaria, queis Gratias sufficientes nulli hominum subtrahi, putant aliqui: quia instituti, consilii que nostri non sunt, eam quorundam opinionem de industria confutare, sed illorum duntaxat stupendam aberrationem refellere, sive animus, qui nulla obdurate delicta imputatum iri, fabulantur, si illis auxiliis, iusto Deli judicio, privarentur: sive auxiliis, iusto Deli judicio, privarentur: satisque officio nostro consultum, arbitrii sumus, si Lemosio, Bastidam (quod id obtenderet) duris exigitanti, nostram advocationem commendaremus, & Bechererum, hoc idem commentum nova pompa explicantem, data occasione, retundenderemus.

Monere hic satis fuerit, Auctorem Liborum de Vocatione Gentium, quem doctrinæ suæ datum cevadit Bechererius in Thesibus, multum quidem laboris rato libro 2. posuisse, ut Dei gratiam communem omnibus faceret, at de exteriori gratia intelligendum omnino esse, ut illum Vafquefum exposuit. Nec immerito, quippe qui communem illam gratiam posuit capite 3. partim in cœli, & terra testimonis, partim in Agnina legis, & Prophetae oraculis, partim in Miraculorum signis. Quamquam & interiore quorundam gratiam sive a Scriptore isto admissam, non est diffundum, gratiam, inquam, omnibus communem, et si non ejusdem in omnibus excellentia, ac potestatis. Sic lib. 1. cap. 4. naturale rationis humana lumen illuminantis gratia Dei nomine cohonestare, non dignatur. (3) Sed haec dona naturalia, sive ipsam rotam, perfectaque naturam, qualem in prima conditione donata est, sive via naturæ qualcumque reliquias, etiæ gratia nomine non indigna censem Augustinus. (4) Inquit, gratia naturæ adtributa, qualiter animalia rationabilia, discernimurque a peccatis. &c. confortanter tamen negat, esse propriam gratiam Dei, que bonis discernit a malis, non quam communis est bonis, & malis. Nec ab isto Augustini sensu vel latum unguem discedit aurei illis libelli Auctor, nec Prosper, eidem familaris, & suppar. Si quod enim inter utrumque discrimen, non in dogmatibus, sed in nonnullis loquendi modis versatur. Quam longe autem absurdius Prosper ab afferenda obdurate omnibus gratia sufficiente, vel ex his eius versibus patet, ex Carmine De Ingratis cap. II. depromptis.

Dic, unde probes, quod Gratia Christi Nullum omnino hominem de cunctis, qui generantur, Praterreat, cui non regnum, vitamque beatam Imperire velit.

Et capite 32.

Non autem recte, nec vere dicitur, illos, qui sunt exteriores Divini munieris, & quos Gratia neglexit, degentes mortis in umbra, Serry Tom. I.

L. I. Pec-

(1) 2. 2. quæst. 150. art. 4. (2) Lib. 22. cont. Faust. cap. 44. (3) August. De Pred. Sanct. cap. 5.

(4) Ibid.

Peccati non esse reos; quia recta gerendi
Non data sit virtus, &c.

De parvulis autem, qui facio Baptismatis fonte non ablutti decedunt, quid senserit, docent sequentes cap. 31, versus,

*Et tamen ex ipsis misericordia gratia quosdam
Eligit: & rursus genitos Baptisnate transferunt
In regnum eternum, multis in morte relictis,
Quorum causa fuit similitus de vulnera eodem.
Nec meritis istud poteris aptare parentum,
Ceo pia profueris redimendis cura bonorum,
Abstineretque alius aliena ignavia vitam:
Cum videoas multas, Sanctis genitoribus oras,
Nillo salvavi studio posuisse suorum.*

Ceterum, num forte de Schola Thomistica, atque Sorbonica aliqui fuerint, qui internas sufficientes gratias ipsis etiam obdutatis praefato esse, dixerint, ne, si iis destituti supponerentur, culpi vacarent, expendere non vacat. De S. Augustini, ac D. Thomae mente, una hic mihi cura fuit; quod alios interdum suos pati manes, certe sciām. Dicam tamen, Thomistica Schola Theologos, si qui forte ita statuissent inveniantur, longe adhuc a Moliniano Systemate, & a Peccati Philosophici errore distare: & quidem duplice de causa. Primo, cum gratiam sufficientem duplē statuat Angelica Schola, habituēt unam, actualē alteram; priore in quadam qualitate sitam, qua facultatem instar prioris dispositionis elevet, bonisque actibus exercendis remote potentem efficiat; alteram in actualibus illustrationibus, excitationibus, desideriis, ac motibus suis positam, quæ mentem, ac voluntatem identiter pulsant. Thomistis aliquibus laxioribus vi- sum est, priorem peccatis imputandis necessariam esse, atque adeo induratis ipsis, & infidelibus fulgere, ne alias peccato vacarent, si preceptorum implendorum impotentia laborarent; nec satis attenderunt, ex S. Augustini, ac D. Thomae principiis, nihil peccatis imputandis impotentiam illam obesse, quæ propria, ac libera iniquitate contracta est. Attamen utur est, de gratia suffi-

cienti actuali longe aliter statuerunt, ut errorem effugerent. Verum Moliniana Schola dictatores, quos exigitando aggressi sumus, utramque gratiam imputando peccato necessariam obtundunt.

Hinc illa Baunii Propositio, a Clero Gallicano, & Academia Parisiensi proscripta: *Nunquam peccatur, nisi prævia peccati cognitione animus illuftratur, ejusque vitandi desiderio extenuetur.* Hinc illa Francisci Annati in libello, quem postrem aduersus Arnaldum elaboravit, pag. 34. *Qui nullum de Deo, vel peccatis cognitione habet, & nullo modo apprehendit, amoris Dei, & contritionis actus sibi ex precepto exercendos, nullam hic habet gratiam actualē: sed illud non minus verum est, horum actuum omissione nullum ab ipso peccatum admittit; nec si dannetur, proprieta dannari posse.* . . . *Quod idem de culpabilis commissione dici potest.* Hinc illa Professoris Theologi Divisionensis, ab Alexandro VIII. confitus error: *Peccatum Philosophicum, quantumvis grave, in eo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum; sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale, diffidens anticitiam Dei, neque eterna pena dignum.* Hinc illa Bussierii assertio, ab Archiepiscopo Rothomagensi damnata: *Attentione animi ad actiones prædictas necessaria est, ut peccatum impetratur.* Ut alias sileam longe multas, in libello, ante annos duodecim a nobis edito, De vera Jesuitarum sententia circa Peccatum philosophicum, recensitas. En primū discriminis capit.

Secundo, cum eam sufficientem gratiam ponat Schola Thomistica, qua ex parte potentia duntaxat sufficiat, sic ut novam insuper efficacem gratiam, re, ac natura a sufficiēt distingam, necessariam contendat, ut in actu re ipsa prorumpatur; contra vero Moliniani sufficientis gratia genus statuant, quod undeque sufficiat, nihilque novi a Deo postulandum, putent, ut integra conversio perficiatur, modo peccator sufficientem gratiam, addito consenu, reddiderit efficacem: profecto longe minoris laxitatis est, gratiam, Thomistico sensu sufficientem, communem obesse, quæ propria, ac libera iniquitate contracta est. Attamen utur est, de gratia suffi-

FINIS LIBRITERTII.



HISTORIÆ CONGREGATIONUM DE AUXILIIS DIVINÆ GRATIÆ LIBER QUARTUS.

Quo ultima Causa cognitio ab anno 1605. ad annum 1607. coram Paulo V. & Eminentissimis Cardinalibus, Generalibus Inquisitoribus, aliisque Censoribus deputatis habita, narratur;

Sententia a Pontifice decreta, etiæ nondum ex prescripto juris promulgata, aliaque subinde secuta referuntur.

CAPUT PRIMUM.

Instant Patres Societatis, & a Magnatibus urgerunt, ne causa sub Paulo V. resumatur.

L E M E N T E VIII. ad Superos vocato, comitia pro more in Vaticano habita sunt ad Successorem eligendum. Communibus Purpuraporum Principum votis, sub Sacramenti fide sanctum est, ut quisquis in Pontificem assumetur, Auxilio- rum controversiam brevi dirimere. (1) Emilius Fratrum suffragii, Apostolicis Sadis apicem obtinuit Alexander Medices, die 1. Aprilis 1605. hora noctis secunda. Verum præmatura morte sublatus, intra electionis sua mensem, recessit antea ex hac vita, quam in Pontificatus sui la- bores posset ingredi.

Hui proxime succedit Paulus V. die 16. Maii; qui ipsa sui electione ad eam dirimendam controversum invitatus videbatur. Tunc etenim manifesto opere demonstratum est, quam habeat Deus voluntates hominum (quod hic præcipue controveritur) quo vult, quando vult, & quomodo vult, inclinandi, ac transferendi potestatem; dum ad Cardinalis de Tusco electionem conspirabut. Patrum animis, mutato drepente consilio, in publicam acclamationem erumpentes, Pontificatus honorem Camillo Burghesi, Divino potius ntu, quam humano detulerunt.

Bonorum omnium spes statim fuit, ab æterno Deo, inter alia plurima, que per ipsum ad Ecclesias suas præsidium operatas esset, hoc etiam

Serry Tom. I.

(1) Etat Antiquus 27. ex juris.

constitutum, ut qui haec tenus Clementi Pontifici, in examinanda ista controversia, præsto fuerat, eam ipse, factus Pontifex definiret; quodque unus laboriose seminarerat, alter fructuose colligeret. Re spem alebat pia Regis Catholicæ sollicitudo, qui, cum primum Paulum V. electum audivit, per suos in Romana Curia constitutos. Administratos ardentes supplicavit, ut brevi causa conserceret; ne qua jam pridem in Hispanis orta fuerant, intestini dissidiis semina rerudescerent. Rei gravitatem expertus Pontifex, pedetim incendum, at, omniaque pro causa merito ponderanda. Atque idecirco multorum judicia exquirere cepit, quid in tanto rerum discrimine agendum, quidve, pro fancienda veritate, ac pace Hispanis restituenda, tentandum esset.

Hanc novi Pontificis, de ulteriori causa translatione subdubitantis, occasionem arripere Molinæ Vindices, ut rem totam majoribus difficultibus involventer. Henrici IV. Francorum Regis, apud quem Cottonius, e Societate ad Confessiones nuper assutus, singulari valebat gratia, patrocinium rogabant, & obtinuerunt. Cardinali Perronio, suo apud Sedem Apostolicam Oratori, dedit Epistolas initio mensis Augusti, quibus periclitanti Societati omne officii genus impedi jussit, quo pendens controversia definitio specieis diverticulis retardari, aut etiam impediri omino, posset.

Pontificis mandatis paruit Cardinalis Perronius. Pontificem impiger adiit, rei difficultates exaggeraturus. Significavit, matrius deliberandum esse, audienda ceterarum Academiarum judicia, Synodus etiam Generalem pro rei gravitate convocandam: alioquin cavendum innuit, ne Par-

Li. 2. sien.